

ESPANYA I L'ANY SANT AL SEGLE XIV

Era costum antic, observat també certament en part a la península ibèrica, el de visitar els *limina apostolorum* en viatge a Roma¹. Una nova època, però, per a la història dels pelegrinatges a la ciutat papal s'obre quan el papa Bonifaci VIII, l'any 1300, anuncià per primera vegada el jubileu o Any Sant i concedí, sota certes condicions a omplir, indulgència plenària a tots els pelegrins que anessin a la ciutat eterna². L'Any Sant es repetí, pel període de què ara tractem, els anys 1350³, 1390⁴ i 1400.

Sobre les primeries de l'Any Sant no manquen, en general, treballs d'investigació⁵; amb tot pel que fa referència especialment als països ibèrics s'ha investigat i publicat poca cosa. Jo mateix he publicat fa poc algunes notes referents a l'any jubilar a Espanya⁶ i vull ara afegir ací algunes dades i documents que les complementin.

Zurita en els seus *Anales* dedica un capítol sencer a l'any jubilar⁷ sense donar, però, notícies precises importants. El rei Jaume II d'Aragó es trobava a Itàlia els anys 1298 i 1299 i allí

¹ Sobre pelegrinatges catalans a Roma, vegeu: J. GUDIOL, *De peregrinis i peregrinatges catalans en Analecta Sacra Tarraconensia* 3(1927) 93-120.—P. KEHR, *El papat i el principat de Catalunya fins a la unió amb Aragó en Estudis Universitaris Catalans* 14 (1929) 213-226, 15 (1930) 1-20.

² Cap. I de poenit. V, 9. Extravag. comm.

³ *Ibidem*, c. 2

⁴ E. AMORT, *De origine, processu, valore ac fructu indulgentiarum accurata notitia*, Venetiis 1738, p. 71.

⁵ Recordem només alguns treballs: D. M. MANSI, *Istoria degli anni santi*, Firenze 1750. TH. A SPIRITU SANCTO, *Tractatus historico-theologicus de iubilaeo praesertim anni sancti*, Roma 1750. H. THURSTON, *The Holy Year of Jubilee*, London 1900. F. X. KRAUS, *Das Anno Santo*. Essays II, Berlin 1901, p. 207 ss. N. PAULUS, *Geschichte des Ablasses im Mittelalter*, Paderborn 1923, II, p. 101 ss. III, p. 181 ss. J. B. FERRERES, *El jubileo del Año 1925, comentario histórico-canónico*, Barcelona 1925.

⁶ J. VINCKE, *Der Jubiläumsablass von 1350 auf Mallorca en Römische Quartalschrift* 41 (1933) 301-6 i: *Zur Frühgeschichte der Jubiläumswallfahrt en Volkstum und Wallfahrt*, her. von G. SCHREIBER, Düsseldorf 1934, p. 243-57.

⁷ *Anales de la Corona de Aragón*, l. V, cap. 42.

li nasqué el seu fill i successor a la corona, Alfons el Benigne ⁸. Bonifaci VIII procurà per tots els mitjans que Jaume II restés per més temps a Itàlia. Mes el rei, cansat de la guerra contra el seu germà Federic de Sicília, preparava el setembre del 1299 el retorn a la seva pàtria on arribava el 2 d'octubre del mateix any.

Per causa d'aquest retorn es refredaren bon xic les seves bones relacions amb el papa fins que, cap a la meitat de l'any següent, tornaven a millorar. La noblesa catalana, en canvi, es decantava més aviat del cantó de Federic de Sicília en contra dels desigs del pontífex. Així es pot explicar el que en les fonts històriques conegudes hom hi trobi tan poca cosa d'una participació dels països sudpirenencs en el pelegrinatge del primer any jubilar. El cardenal Gaetà Steffaneschi, que fou testimoni ocular d'aquest any sant, escriu que no hi mancaven els espanyols, però que fou molt major el nombre de provençals i francesos ⁹. Amb tot podem sospitar que el cardenal entre els provençals hi comptaria els pelegrins d'algunes regions que llavors pertanyien a la Corona d'Aragó; de manera que el territori català podia haver donat un notable contingent de romeus. Un document de caràcter monumental, ja algunes vegades descrit, sobre aquest pelegrinatge ens ha estat conservat en l'església d'Argelagers ¹⁰ prop de Perpinyà. És una làpida en memòria d'un marit i muller morts de retorn del romiage i enterrats ací el gener de l'any 1301.

El regne de Mallorca juga un paper important en la història dels pelegrinatges jubilars amb ocasió del segon Any Sant. El bisbe Antoni de Colell, els jurats de la ciutat i les comunitats civils de l'illa enviaren l'any 1352, és a dir, després d'acabat l'any sant de 1350, una ambaixada al papa Climent VI per a demanar-li que els fidels mallorquins poguessin guanyar la indulgència jubilar en el seu mateix país, ja que amb motiu de la guerra contra els serraïns no havien pogut fer el pelegrinatge

⁸ Cf.: H. FINKE, *Acta Aragonensia*, I, Berlin 1908, p. 55 n. 40. Vegeu també en aquesta obra els demés documents que donen notícies, per aquest temps, sobre les relacions entre Jaume II i Bonifaci VIII.

⁹ "At Hispaniarum nonnulli, Provincie vero quamplurimi, Gallie quoque permixtissime" *De centesimo seu iubileo anno liber*, ed. D. QUATTROCCHI, *L'anno santo del 1300*, Roma 1900, p. 17.

¹⁰ Cf. F. FITA, *El jubileo del año 1300 en Bol. de la R. Acad. de la Historia* 46 (1905) 301 ss.

a Roma. Prometien de fer les visites a la catedral i esglésies parroquials de Palma en lloc de les prescrites a les basíliques romanes ¹¹. El papa accedí a la demanda. Com que Climent VI morí poc després i el seu successor en el pontificat considerà finit l'any sant, els altres països ja no pogueren seguir l'exemple de Mallorca fins al pròxim vinent any sant. Certament foren molts els que l'imitaren ¹².

En canvi els països hispànics en aquest altre any sant, com que seguien l'obediència de l'antipapa Climent VII, es trobaren amb que aquest, al novembre de 1389, prohibia expressament que els seus súbdits prenguessin part en l'any sant establert per Bonifaci IX per l'any 1390 ¹³. Bonifaci volgué contrarestar aquella prohibició enviant a Castella, Lleó, Aragó, Navarra i Gasconya, com ambaixadors seus, l'arquebisbe de Burdeus i el bisbe de Dax amb la facultat de concedir a aquests països que en ells es pogués celebrar l'any sant sempre que s'apartessin de l'obediència del papa d'Avinyó ¹⁴.

En parlar d'aquest any jubilar no sembla que estigui fora de lloc el referir-nos també aquí a l'indult que aconseguí llavors la diòcesi de Cartago de Tuníssia, ja que el Nord d'Àfrica, a causa dels missioners espanyols que allí treballaven, estava en relacions eclesiàstiques més o menys estretes amb Espanya ¹⁵.

Els fidels d'aquest país podien participar de la indulgència visitant, els diumenges de quaresma l'any 1396, l'església de Sant Francesc de Tunis ¹⁶. El document és remarcable també perquè ens dona noves de la vida del cristianisme en aquella diàspora en la qual d'uns quants lustres ençà, després d'alguns segles, es tornava a actuar per a erigir novament el bisbat de Cartago ¹⁷.

Finalment l'any sant del 1400 oferí ocasió, particularment a l'obediència de l'antipapa Benet XIII, el successor de Climent VII, de fer el pelegrinatge jubilar. Dels francesos tenim testi-

¹¹ Vegeu l'apèndix n. 1. Altres documents referents a aquest punt els he publicat en els dos treballs suara esmentats.

¹² Cf. PAULUS, l. c. III, p. 181 ss.

¹³ Vegeu apèndix n. 3.

¹⁴ Vegeu l'apèndix n. 4.

¹⁵ També sobre aquest punt la investigació històrica està tot just començada.

¹⁶ Vegeu l'apèndix n. 5.

¹⁷ Els darrers bisbes havien estat nomenats per Gregori VII.

monis de que llavors acudien en gran nombre a Roma¹⁸. També els partidaris de Bonifaci IX hi prengueren part, encara que aquest papa després de l'any sant de 1390 havia fixat l'altre per 1423 i, en quan al del 1400, ni l'aprovava, ni el prohibia¹⁹.

JOAN VINCKE

APÈNDIXS

I

Avinyó, 22 juny 1352.

Primera súplica del bisbe i dels jurats de Mallorca al papa Urbà V per aconseguir la indulgència de l'any jubilar de 1350. Resposta del Papa.

Significant sanctitati vestre devoti oratores vestri Anthonius episcopus, iurati et universitates regni Maioricarum, quatinus cum ipsi vel magna pars eorum voluissent ire Romam pro indulgentia anno quinquagesimo per vos concessa obtinenda, sed quia ipsum regnum per inclitum principem regem Aragonum tunc de novo fuerat acquisitum, volentes super custodiam suam stare, nec dimittere sine periculo regnum ipsum valerent, maxime cum sint in frontariis Sarracenorum, et si ita regnum ipsum dereliquissent, ipsi regno ymmo potius toti christianitati potuissent periculum non modicum eminere, et nichilominus pro explicandis sanctitati vestre causis istis et aliis rationabilibus ad vos certos nuntios destinarunt, quibus premissis et aliis in considerationem deductis vestre beatitudinis clementia (!), que promovere consuevit comoda filiorum et incomoda devitarum, supplicant humiliter, quatinus omnibus et singulis supradictis et habitatoribus eiusdem regni illam plenam indulgentiam, quam in dicto anno jubileo illi qui visitaverint personaliter limina apostolorum Petri et Pauli et basilicam sancti Johannis Lateranensis ex largitionis vestre magnificentia habuerunt, ipsi infra civitatem Maioricensem moram facientes XV diebus dominicis vel festivis, ceteri vero eiusdem regni et habitatores

¹⁸ Jansen (*Papst Bonifaz IX, und seine Beziehungen zur deutschen Kirche*, Freiburg i. Br. 1904) diu: "Zahlreich zogen damals französische und spanische Pilger nach Rom" i no obstant el testimoni que addueix (*Theodorici de Nyem de scismate libri tres*, ed. G. ERLER, Lipsiae 1890, p. 170) només parla de francesos.

¹⁹ JANSEN, l. c. p. 162.

ipsius octo diebus continuis vel interpolatis visitando ecclesiam Maioricensem et omnes et singulas ecclesias parrochiales dicte civitatis, et nichilominus fundando in dicta ecclesia quatuor capellanas perpetuas, quamlibet de XXV libris annui et perpetui redditus monete usualis, necnon solvendo quantum in conscientiiis eorum expedissent eundo, morando et revertendo de urbe vel iuxta ordinationem vestram, dignemini misericorditer elargiri.

Fiat si premissa completa fuerunt, predictis post octavas Pasce minime valituris. R[ogerii = Clemens papa VI]. Datum Avinio-
ne, X kalendas Julii anno undecimo.

Arch. Vat., Reg. Suppl. 24 fol. 57.

2

Avinyó, 11 juliol 1352.

Altres súplices del bisbe de Mallorca amb les corresponents concessions papals.

Supplicat sanctitati vestre devotus orator vester et factura Antonius episcopus Maioricensis, quatinus, ut Maioricensis ecclesia, que in honore beate Marie semper virginis fundata existat, devotius et frequentius a fidei populo frequentaretur, singulis qui ipsam ecclesiam in Nativitatis, Circumcisionis, Aparitionis, Pasce, Ascensionis Domini, Pentecostes, Corporis Christi, Trinitatis, sancti Johannis Baptiste, Omnium sanctorum ac eiusdem Virginis gloriose et beatorum apostolorum festivitibus ipsam ecclesiam ex causa devotionis visitabunt, pro singulis visitationibus huiusmodi duos annos et duas quadragenas, et qui per octavas earundem festivitatum ex dicta causa ipsam visitaverint, pro singulis visitationibus huiusmodi unum annum et unam quadragenam de indulgentia ob honorem eiusdem beatissime Virginis dignemini misericorditer elargiri, cum clausulis oportunis.

Fiat in festis beate Virginis de uno anno et una quadragena. R.

Item supplicat, cum civitas et diocesis Maioricensis infra mare situate existant et propterea propter mare (!) gravia pericula habitatores earundem non possint pro infrascriptis sedem apostolicam comode visitare, absolvendi XX personas cuiuscumque conditionis existant ab iniectione in clericos seu ecclesiasticas personas et dispensandi cum eis de predictis qui indiguerint, et aliis usque ad numerum supradictum super irregularitate si quam contraxerunt, eidem episcopo dignemini concedere potestatem, cum non obstantibus et clausulis oportunis.

Fiat in quibus possent minores penitentiarii. R.

Item supplicat, quatinus dispensandi cum XX personis defectum natalium patientibus super defectu huiusmodi, ut ad minores et sacros ordines se possint facere promoveri et beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura obtinere, ipsi episcopo dare dignemini facultatem, cum clausulis supradictis.

Fiat de duodecim ex soluto et soluta et de octo aliis. R.

Item humiliter supplicat, quatinus dandi centum dies de indulgentia in casibus in quibus XL dare potest eidem episcopo dignemini per speciale privilegium indulgere cum clausulis supradictis.

Fiat ad triennium. R.

Item supplicat, quatinus dandi religiosis, cuiuscumque religionis fuerint, licentiam carnes comedendi, ubi alias esus carnum non prohibetur, quotienscumque cum ipso episcopo comederint, eidem episcopo dare dignemini potestatem, cum clausulis supradictis.

Fiat. R.

Item supplicat, quatinus celebrandi et coram se facere celebrari missarum sollempnia ante auroram ipsi episcopo licentiam dignemini impertiri.

Fiat. R.

Item supplicat, quatinus dispensandi cum X personis matrimoniis contrahere volentibus, quod non obstante quod quarto gradu consanguinitatis vel affinitatis coniuncti essent, possint huiusmodi matrimonia inter se contrahere, ipsi episcopo dare dignemini potestatem, cum clausulis supradictis.

Fiat de sex. R.

Item humiliter supplicat, quatinus quinquaginta personis Deo devotis per ipsum episcopum nominandis plenam indulgentiam dare dignemini, ut in forma.

Fiat de quindecim. R.

Et quod transeant sine alia lectione.

Fiat. R.

Datum Avinione, V idus Julii anno undecimo.

Arch. Vat., Reg. Suppl. 24 fol. 57^v.

El papa accedí a aquesta súplica del bisbe de Mallorca poc després d'haver concedit la indulgència jubilar a tot el país. ¿Voldrà, doncs, dir aquest document que el papa, àdhuc durant el temps del jubileu, es reservava l'absolució de determinats pecats (en particular les violències contra els clergues = c. 29, C. XVII, q. 4) de tal manera que el confessor no podia absoldre d'ells i que, per això, el bisbe demanà i obtingué aquesta facultat?

Aquesta qüestió té interès, ja que el cardenal Joan Monacus, amb ocasió de la indulgència del jubileu de 1300, sembla indicar que, al temps del sudit jubileu el confessor podia absoldre de tots els pecats, sense exceptuar els reservats episcopals o papals (PAULUS, l. c. II, 195-96).

Per a resoldre aquest punt s'ha de tenir en compte que el mateix indul:

papal conté altres concessions no referents a absolució de pecats, com per exemple, l'augment de facultats episcopals en concedir indulgències o la dispensa d'algunes irregularitats. En aquests casos el papa diu expressament que el temps de validesa no resta limitat al de l'any sant. Així, doncs, hem de creure, encara que no s'expressi clarament en l'indult, que també la facultat d'absoldre d'aquells pecats reservats s'estenia a un període de temps que podia passar de molt el del jubileu. Amb altres paraules: la indulgència jubilar per a tot el país i la concessió especial al bisbe foren, és veritat, atorgades al mateix temps, però, en quan al seu contingut, apareixen independents l'una de l'altra.

3

Avinyó, 22 novembre 1389.

L'antipapa Climent VII prohibeix que els seus súbdits prenguin part en el jubileu de l'any sant de 1390.

Clemens etc. Ad futuram rei memoriam. Antiquus serpens humani generis inimicus ex innata sibi venenata malitia ad salutis spendium semper anhelans simplicium animos nunc per pseudo-prophetas, nunc vero per calliditates alias diversis fallaciis et seditionibus exquisitis circumvenire non cessat; proinde convenit, ut, qui gregi dominico divina disponente clementia licet immeriti presidemus, subditorum saluti solícite intendentes eius fraudibus et astutiis remediis salubribus obviemus. Dudum siquidem felícis recordationis Clemens papa VI predecessor noster attendens, quod annus quinquagesimus in lege Moysaica, quam non venit Dominus solvere sed adimplere, iubileus remissionis et gaudii censebatur, quodque quinquagenarius numerus in testamento veteri ex legis datione, in novo vero visibili sancti Spiritus in discipulos missione, per quem datur peccatorum remissio, singulariter honoratur, quodque huic numero plena et grandia adaptantur misteria scripturarum, et quod pauci respectu multorum propter vite hominum brevitatem valebant ad annum centessimum pervenire, concessionem indulgentie, quam pie memorie Bonifatius papa VIII predecessor noster visitantibus basilicas apostolorum Petri et Pauli de urbe quolibet centesimo anno concesserat, ad huiusmodi quinquagesimum annum reduxit. Sed nuper abhominande memorie Bartholomeus olim Barensis archiepiscopus, qui tanquam fraudis diabolice vasculus per violentiam et impressionem notorias in sedem apostolicam se intrudi permiserat et huiusmodi intrusionis pretextu sedem occupabat predictam, sicque non per ostium, sed aliunde sicut fur et latro ut furaretur, mactaret et perderet, in ovile [intraverat] et quem universi Romane ecclesie cardinales, scien-

tes premissa et quod ad eum de ovibus minime pertinebat, diu ante omnino reliquerant, quique in huiusmodi sua nequitia tanta erat obstinatione firmatus, ut perseverantiam reputaret virtutem, quod per Clementem predecessorem predictum verum Christi vicarium circa indulgentiam ipsam factum fuerat, ut prefertur, arroganti perfidia sua temeritate de facto immutans annum quinquagesimum huiusmodi ad annum quadragesimum etiam de facto reduxit, sperans per hoc proculdubio sub ficto colore pietatis et clementie simplicium corda allicere et ad suam detestandam obedientiam inclinare, et sic se posse in solio miserabili, quod veluti Lucifer ambiens asimilari altissimo id est vero Christi vicario nefariis gressibus conscendere non expaverat, solidius permanere. Nos igitur animarum periculis, que possent ex hiis imposterum provenire, prout ex suscepto servitutis tenemur officio, quam nobis ex alto conceditur, obviare volentes, auctoritate apostolica de fratrum nostrorum consilio districtius prohibemus, ne quisquam, cuiuscumque status, ordinis vel conditionis existat, si regali, imperiali aut pontificali vel alia quavis mundana vel ecclesiastica prefulgeat dignitate, sub spe obtinendarum indulgentiarum ipsarum in anno per dictum Bartholomeum ad eas consequendas statuto ad prefatam urbem accedat, vel quempiam accedere, si accessum huiusmodi impedire potuerit, non permittat; qui vero contra fecerit, ex ipso excommunicationi se noverit subiacere, a qua non possit per alium quam per Romanum pontificem, nisi in mortis articulo constitutus, absolutionis beneficium obtinere, et nichilominus ipse, si clericus: omnibus dignitatibus, personatibus, officiis ac aliis beneficiis ecclesiasticis, et si laicus fuerit: quibuslibet feudis ecclesiasticis, locationibus, honoribus, iuribus et iurisdictionibus, que in quibusvis et a quibusvis ecclesiis tunc temporis obtinebat, omnibusque privilegiis, gratiis, libertatibus, immunitatibus realibus et personalibus sibi ab apostolica sede concessis sit ipso iure privatus et ad illa et quelibet alia imposterum obtinenda necnon ad suscipiendos ecclesiasticos ordines inhabilis et indignus, et eius, si laicus fuerit, ut prefertur, civitas, castra, villa et alia loca ecclesiastico subiaceant interdicto. Nulli ergo etc. nostre voluntatis et prohibitionis infringere etc. Si quis etc. Datum Avinione, V kalendas Decembris pontificatus nostri anno duodecimo.

Arch. Vat. Reg. Vat. 301 fol. 18v.

4

Roma, 25 octubre 1391.

Bonifaci IX faculta els seus nuncis en terres ibèriques per a que concedeixin l'indulgència de l'any jubilar als regnes que s'apartin de l'obediència de l'antipapa Climent VII.

Bonifatius etc. venerabilibus fratribus Francisco archiepiscopo Burdegalensi, et Johanni Guterii episcopo Aquensi, in Castelle et Legionis ac Aragonie et Navarre regnis et partibus Vasconie apostolice sedis nuntiis, salutem etc. Dudum felicitis recordationis Urbanus papa VI predecessor noster ex certis rationabilibus causis ad id eius animum moventibus, de consilio etiam fratrum suorum de quorum numero tunc eramus, et apostolice potestatis plenitudine, ut universi christifideles vere penitentes et confessi qui in anno qui iubileus dicitur, videlicet a nativitate Domini nostri Jesu Christi millesimo trecentesimo nonagesimo primo proxime preterito et deinceps extunc perpetuis temporibus de trigintatribus annis in trigintatres annos beatorum Petri et Pauli basilicas et Lateranensem ac sancte Marie maioris ecclesias de urbe causa devotionis visitarent, plenissimam omnium peccatorum suorum veniam consequerentur, ita videlicet quod quicumque vellet huiusmodi indulgentiam assequi, si Romanus ad minus triginta continuis vel interpolatis semel saltem in die, si vero peregrinus aut forensis existeret, modo simili quindecim diebus ad easdem basilicas et ecclesias accedere teneretur, prout in dicti predecessoris litteris inde confectis plenius continetur. Cum itaque, sicut a fidedignis letanter accepimus, ecclesiarum et monasteriorum prelati et persone ecclesiastice, necnon reges, regine, duces, principes, comites, barones nobiles, milites et laici, communia civitatum et universitates opidorum, terrarum, castrorum, villarum et aliorum locorum Castelle et Legionis ac Aragonie et Navarre regnorum et partium Vasconie de devio perversi et dampnati et dampnandi scismatis, quo illaqueati detinebantur, adherendo et favendo abominabili carnalium ydolo omni auctoritate vacuo, perditionis videlicet et iehenne filio Roberto antipape Gebennensi qui se Clementem VII ausu sacrilego nominat, et eius sequacibus, vehementer doleant, seque errasse et ad id seductos diversimode ab ipsis carnalibus recognoscant, et ad viam catholice unitatis et veritatis et iustitie necnon ad nostram et sacrosancte Romane ecclesie matris cunctorum fidelium et magistre devotionem et obedientiam pro-

ponant cum humilitate redire, vosque de intentione nostra plenarie per litteras et nuntios informatos ad predicta regna et partes pro reductione huiusmodi regnorum et partium ac predictorum omnium ad unitatem, obedientiam et devotionem predictas de mandato nostro personaliter accedere debeatis, et, sicut etiam asseritur, plures ex personis utriusque sexus regnorum et partium predictorum occasione huiusmodi nephandissimi scismatis et aliis certis de causis nondum potuerunt indulgentiam assequi supradictam, nos volentes salubriter providere et horum operari salutem ac illa vobis concedere, per que possitis vos regnicolis et incolis ipsorum regnorum et partium quo ad animarum salutem, cum occasione predicta gravibus de quo eis paterne compatimur teneantur vinculis irretiti, reddere gratiosos, ut etiam circa reductionem predictam eo perfectius perficere valeatis, quo maiori per nos fueritis auctoritate muniti, fraternitati vestre et cuilibet vestrum insolidum concedendi auctoritate nostra post reductionem eandem omnibus et singulis personis utriusque sexus dictorum regnorum et partium vere penitentibus et confessis, cuiuscumque preeminentie, dignitatis, gradus, status, religionis, militie, ordinis et conditionis existant, ut confessores per vos et alterum vestrum per singula regna predicta et in dictis partibus seu in singulis dictorum regnorum et partium ecclesiis, cum ibi fueritis, auctoritate presentium deputandi et quos ex eis dumtaxat penitentes ipsi duxerint eligendos, commutatis eisdem personis laboribus personalibus, quos in veniendo, stando et redeundo, si propterea personaliter ad ipsam urbem venissent, passe fuissent, in alia opera pietatis, auctoritate nostra concedere valeant, quod persone ipse vere penitentes et confesse, loco visitationis basilicarum et ecclesiarum predictarum visitando quindecim diebus continuis vel interpolatis aliquas alias ecclesias in singulis regnis et partibus ipsis consistentes, de quibus vobis vel alteri vestrum videbitur, semel in die infra unum annum a die reductionis predictae inantea computandum, vel alias infra terminum quem vos vel alter vestrum eis infra eundem annum duxeritis statuendum, ille videlicet que commode poterunt, alie vero persone huiusmodi que hec propter religionis honestatem, nimiam senectutem vel valitudinem seu alias legitimo impedimento detente huiusmodi visitationem facere nequiverint, pias elemosinas erogando, prout singuli confessores huiusmodi eorum singulis duxerint iniungendum, perinde assequantur indulgentiam antedictam, ac si prefatas basilicas et ecclesias urbis infra dictum annum jubileum personaliter visitassent, plenam et liberam concedimus tenore presentium facultatem; proviso quod confessores per singula regna et partes prefata per vos ut premittitur deputandi presentent in vestris

manibus, tactis per eos sacrosanctis evangeliis, iuramentum, quod pro confessionibus audiendis, penitentiis iniungendis et aliis per eos exequendis predictis nichil penitus exigent, sed moderate recipiant gratis oblata et eis dumtaxat contenti existant, etiam sub excommunicationis et periurii penis quas contrarium facientes incurrere volumus ipso facto, et quod expensas quas persone ipse, quibus huiusmodi gratie concedentur, in veniendo, stando et redeundo, si ad easdem basilicas et ecclesias urbis personaliter accessissent, secundum suarum personarum status decentiam fecissent, et oblationes quas praefatis basilicis et ecclesiis urbis, si ad eas propterea venissent, obtulissent, iuxta vestrum et cuiuslibet vestrum aut ad hoc per vos vel alterum vestrum deputandi aut deputandorum arbitrium taxandas et in fabricis basilicarum et ecclesiarum urbis predictarum convertendas et per vos aut vestrum alterum eisdem basilicis et ecclesiis destinandas quolibet personarum ipsarum, que huiusmodi indulgentiam consequi voluerint et que commode poterunt et religiose non fuerint, integre, alie vero que religiose fuerint vel alias commode integre non potuerunt, id quod commode iuxta predicta facultates et arbitrium possint, ad id taliter deputandis per vos tradere et assignare teneantur, aliis oblationibus, que fient per quasvis personas huiusmodi aliis ecclesiis memoratis, ipsarum aliarum ecclesiarum fabricis applicandis. Volumus autem, quod ipsi deputandi per vos ad receptiones expensarum et oblationum predictarum sint persone ecclesiastice, et alias tales que fide et facultatibus ydonee censeantur; ipse vero persone de quolibet receptione huiusmodi duo confici faciant publica instrumenta, quorum unum vobis vel alteri vestrum assignent per vos ad cameram nostram apostolicam transmittendum, penes se alio reservato, ut exinde fidelem rationem reddere valeant gentibus camere supradicte, quodque, cum dicte basilice et ecclesie urbis multa reparatione indigere noscantur, ea que vos vel deputandi predicti receperitis vel receperint, nostro vicario dicte urbis distribuenda per eum quem ad hoc specialiter deputamus iuxta nostram dispositionem in reparatione predicta per cambium vel alium tutum modum, super quibus vestras et cuiuslibet vestrum conscientias oneramus, studeatis fideliter quantocius destinare, presentibus per annum a die reductionis huiusmodi in singulis dictorum regnorum et partium celebrande inantea computandum tantummodo valituris. Datum Rome apud sanctum Petrum, VIII, kalendas Novembris, pontificatus nostri anno secundo.

De curia.

M. de Cherubinis.

5

Roma, 21 març 1396.

Indult papal que obtingueren els cristians de Tunis de la diòcesi de Carthago, per guanyar la indulgència de l'any jubilar de 1390 sense visitar les esglésies de Roma.

Bonifatius etc. dilectis filiis universis christifidelibus utriusque sexus incolis et habitatoribus terre Tunicii, Cartaginensis diocesis, salutem etc. Devotionis vestre sinceritas promeretur, ut votis vestris, in hiis presertim que ad salutem animarum vestrarum cedere valeant, quantum cum Deo possumus favorabiliter annuamus. Dum siquidem felicitis recordationis Urbanus papa VI predecessor noster ex certis causis rationabilibus ad id eius animum moventibus de consilio fratrum suorum, de quorum numero tunc eramus, et apostolice potestatis plenitudine statuit, ut universi christifideles vere penitentes et confessi, qui in anno a nativitate Domini nostri Iesu Christi millesimo trecentesimo nonagesimo preterito tunc futuro, et deinceps perpetuis temporibus de trigintatribus annis in trigintatres annos beatorum apostolorum Petri et Pauli basilicas et Lateranensem ac sancte Marie maioris de urbe ecclesias causa devotionis visitarent, plenissimam omnium peccatorum suorum veniam consequerentur, ita videlicet ut, quicumque vellet huiusmodi indulgentiam consequi, si Romanus, ad minus triginta continuis vel interpolatis semel saltem in die, si vero peregrinus aut forensis existeret, modo simili quindecim diebus ad easdem basilicas et ecclesias accedere teneretur, prout in dicti predecessoris litteris inde confectis plenius continetur. Cum autem, sicut exhibita nobis nuper pro parte vestra petitio continebat, vos et nonnullae alie persone fideles ex singulari devotionis fervore basilicas et ecclesias predictas, ut indulgentiam huiusmodi assequi possetis, in propria persona libenter visitassetis, sed quia propter itinerum pericula et alii de certis causis desiderium huiusmodi adimplere commode non potuistis, pro parte vestra et huiusmodi personarum nobis fuit humiliter supplicatum, ut super hoc vobis providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur, volentes vos premissorum intuitu favoribus prosequi gratiosis, huiusmodi supplicationibus inclinati, ut confessor, quem quilibet vestrum duxerit eligendum, vobis apostolica auctoritate concedere valeat, quod singuli vestrum vere penitentes et confessi indulgentiam huiusmodi consequi valeatis, ita tamen quod idem confessor labores et expensas quos pateremi-

ni, si propterea ad urbem predictam venissetis, vobis in alia opera pietatis commutet, et oblationes quas ad basilicas et ecclesias predictas oblaturi fuissetis, si ad illas personaliter venissetis, ad eas fideliter et sine dilatione transmittatis, et loco visitationis basilicarum et ecclesiarum predictarum singuli vestrum ecclesiam sancti Francisci terre Tunicii, Cartaginensis diocesis, per omnes dies dominicas quadragesime diem receptionis presentium immediate sequentis semel saltem in die visitetis, devotioni vestre tenore presentium indulgemus. Nulli ergo etc. nostre concessionis infringere etc. Si quis etc. Datum Rome apud sanctum Petrum, duodecimo kalendas Aprilis anno septimo.

Arch. Vat. Reg. Lat. 41 fol. 275.